



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

B. Franciscvs Borgia Conf. 1. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

484 VITÆ SANCTORVM. 1. Octobris
1. Octobris. 1. Octobris.
precomur, & vivimus: hi enim sunt spirituales
ponentes, propter quos conculcandoS Dominus cruci-
xus est. S. Max. de Pall. Sermon. I.

B. FRANCISCVS BORGIA CONF.
1. Octobris.

Non prius FRANCISCVS patrem aut matrem
quam IESVM & MARIAM balbutiens salutis-
vit. Puer vel facientem vel dicentem Sacerdotem
æmulatus est. Iuvenis gynæcum non nisi ciliicio
armatus adiit, reputans se toties hosti loqui, quo-
ties feminæ. Iam Gandiae Dux & Gothalanus
Prorex, pervetustum familie morem annuum
patronum sortiendi in menstruum vertit, eumque
in Societatem postea, & Marianos cœtus invexit;
ipse tunc patroni die pauperes mensæ sua minister
adhibuit. At verò cùm illud formæ miraculum
(Isabellam Augustam) in sandapilâ attentius con-
siderasset, honorum titulos ut certissima mortis
spolia ultrò abjecit, & in Societatem IESY (cui
universæ deinde præfuit) se abdidit, dicere abhinc
solutus, tum vivere se cœpisse, cùm desuisset Isabe-
lla. Corpus tam durè habuit, ut duplicari jam & in-
dumenta & cutis possent. Ad Purpuram non se-
mel oblatam tam erubuit, ut alii ad hujus repul-
sam solent. MARIE, quam D. Lucas depinxit, effi-
giem primus æri incisam spargi per ommem or-
bem curavit. Hanc cùm aspiciebat. *Mibi, ajebat,*
Virgo hoc onus gestat, mihi lac MATRIS, mihi
III bullit sanguis. In vitam suam inquisivit horis
singulis, reum ad Sacerdotis pedes bis quotidie fe-
cegit, quin neque voce neque literis alium se quan-
Franciscum peccatorem prætulit. Sed talen pecca-
torem

1. Octob. VITÆ SANCTORVM. 485
nales se-
sus crucij.
CONF.
ut matrem
ens saluta-
acerdotem
nisi cilicio
qui, quo-
dothalamiz
n annum
c, eumque
s invexit;
æ minister
miraculum
neiùs con-
ma mortis
I E S Y / cui
ere abhinc
sset Isabell
jam & in-
m non se-
ijs repul-
nxit, et
nnem or-
i, ejebat,
michi Fi-
avit horis
quotidie le-
m se quin
lem pecca-
torum

totem anno. M.DC.XXIV. Urbanus VIII. Pont. Bea-
tum dixit. Ex vitâ.

Quis jam calcari recusabit, cùm videat in tor-
culari Christum premi? sane nisi sumum vani ho-
bis atque existimationis propria proculcaverimus,
nullè ab hostibus nostris conculcabimur. Et Chri-
tidicaphili esse desinemus. B. Franc. Borg. in E-
sist.

S. LEODEGARIUS EP. M. 2. Octobris.

N Emo pulchriùs in hostem suum, quâm Pont.
Augustodunensis LEODEGARIUS movit, ut
qui huic cum sacrâ è templo signis obvius ivit,
nitoriam ratus sub his vinci. Captus itaque, tunc
demum Christianâ se libertate potitum credidit.
Carcerum tenebris abditus, igne è cælo missâ re-
splenduit. Oculis orbatus, primum Martyrem se
effevidit. Nudipes per testas & aspera saxorum
fragmina jussus ambulare, currere etiam ad tam
opatas metam gestiit. Labiis & lingua multa-
tus, sine labiis tamen & lingua facundus ad con-
tionem dixit. Cæsus denique securi, in novos ani-
mos surrexit, horamque totam victor post mor-
tem stetit, nec nisi à spiculatori impulsus cecidit.
At non tam felici morte cædis auctores defuncti
sunt. Nam & carnifex, de quo dixeramus, à malo
genio correptus in vindices flamas se ipsum
immisit, mox in maiores alias mittendus; & qui
cedem imperaverat, Ebroinus Regiæ aulæ præ-
fectus, gladio, quem in innocentem strinxerat,
ipse nocens occubuit; & demum, qui tumulum
Martyris impiè calcavit, Divumque sine miracu-
lis

X 2

Jis